

& benedicere: ac missis tenere. si tam iusserit ei abbas;

Si in aliis nullatenus aliqua presumat sciens se disciplinæ
regulæ subditum & magis humilitatis exempla
omnibus deo; Aut si forte ordinationis aut alicuius
rei causa fuerit in monasterio. illū locū attendat
quando ingressus est in monasterio non illū qui ex
reuerentia sacerdoti concessus est. Clericorum

autē si qui eodē desiderio monasterio sociari uoluerint
loco medioeri collocentur & ipsi tam si miserint de obser-
uatione regulæ ut propria stabilitate;

DE MONASTICIS PEREGRINIS QUAE SUSCIPIANTUR;

Si quis monachus peregrinus de longinquo perueniens
super uenerit. si hospite uoluerit habitare in monasterio
& contentus fuerit consuetudine loci quā inuenit. & ne-
forte superfluitate sua parua monasteriū sed simplici-
ter contentus est quod inuenit. suscipiatur quanto tēpo-
re cupit; Si qua sane rationabiliter & cū humilitate. cari-
tatis reprehendit aut ostendit tractat abba prudenter. ne forte
per hoc ipsū dñs direxerit; Si uero postea uoluerit sta-
bilitate suā firmare. non rennuatur talis uoluntas
& maxime quia tempore hospitalitatis potuit eius uita